cienti per eundem Krasowski Sobocczyk cessam cum omnimoda potestate circum-
scriptionis sub paratag[ue] intromissione, tuitione, evictione, ligamentis iacentis
in inscriptione contentis dimittit. Omneq[ue] et integrum ius suum sibi ad bona s[upra]-
dicta debitum in personam eius plenarie transfert et transfundit. Quam realem
exnunc officio acceptandam dat et admittit.

Krasowski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Branscens. personaliter comparens Nobilis Mathias olim Joannis Krasowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Bartholomaeus olim Joannis Krasowski ex obligatione bonorum in haereditate Krasowo wielkie sita sibi recognoscenti per Nobilem Jacobum Kossko nomine Nobilis Annae Grabowska consortis suae in quinque florenos polonicos inscriptione emunerandos ius suum perpetuum a praefato Nobili Jacobo Kossko acquisitum eosdem quinque florenos polonicos persolvit ideo eum quietat inscriptione cassat et de bonis exnunc ac in perpetuo eius quaestioni contradicendo.

Wroblewski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Branscens. personaliter Comparens Nobilis Valentinus olim Joannis Krasowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Florianum filium Nobilis Adami Wroblewski de causa et actione per se eidem ad iudicium ordinarium Capitaneale Branscense respectu donationis inscriptionis super area quatuor sulcorum in bonis Pielusty sitis et summa septemdecem florenos polonicos debiti verbalis non solutionis exortam ob intervenientem inter se concordiam quietat emittit et liberum facit. Processumq[ue] ac decreta quaevis cassat perpetuo.

Malinowski Stryki Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Branscens. personaliter comparentes Nobiles Margaretha consors Nobilis Andreae Sajin, Dorothea consors Nobilis Bartholomaei Pierscata filiae olim Nobilis Joannis Malinowski cum procuratoribus maritorum suorum ibidem tunc coniugalium personali assistentia consentientibus sanae in mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quaelibet illarum suo pro interesse recognovit. Quia Nobili Bartholomaeo et Georgio Malinowski eiusq[ue] legitimis successoribus bonorum suorum in fundo Ciechanowskie in villa Stryki in loco dicto Zaglowski sitis totam et integram sortem suam se quovis modo ac iure concernentem nihil sibi et suis successoribus reservando et excipiendo perpetuo et in toto dederunt donaverunt inscripserunt et irrevocabiliter resignaverunt et Curiam exnunc in Castro realem officio acceptandam fecerunt et admiserunt. Submittuntes se ac de bonis generaliter omnibus inscribunt cum sua potestate memoratae donationem suae nunc eius successoribus occasione [illegible] ab omni impedimento iuridico quacunque persona [illegible] quamvis [illegible] tamen per omnes terminos [illegible] defendere [illegible] iure [illegible] tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non evincere sub damnis tribus simpliciter taxatis et [illegible] in prima termino [illegible] peremptorie

[signature]